RERUM SUB
stantia simul creata est
sed simul per species for
ma ta non est. & quod si
mul extitit per substantiam mate
riae, non simul apparuit per spe
ciem formae. Quod simul fac
tum caelum terramque descri
bitur. simul spiritalia atque cor
poralia simulque quicquid de cae
lo oritur simul factum quic
quid de terra producitur
indicatur. Dixerat moyses
in principio creavit deus caelum
& terram. sed quis credere&
quia verum de praeterito dicere&
si de futuro &iam aliquid non
dixisse&. In ipsius &enim libri
fine in cuius exordio illa de prae
terito dixerat. aliquid prophe
tiae per iacob vocem de venturis
permiscuit dicens. Non auferetur
sceptrum de iuda & dux de fe
moribus eius donec veniat qui
mittendus est & ipse erit exspec
tatio gentium. Qui diversis
diebus creatum caelum & terram
virgultum herbamque narra
verat. Nunc uno die facta mani
festat. Videlicet ut ostenderet
quod creatura omnis simul per
substantiam extitit quamvis
non simul per speciem processit

XV. QUOD ESSENTIA CAELI ET TERRAE IN AETERNUM SUBSISTAT.

CAELUM ET TERRA
per eam quam nunc habent
imaginem transeunt. sed tamen
per essentiam sine fine subsistunt.
Hinc namque per paulum dicitur.
Praeterit enim figura huius
mundi. Hinc per semet ipsam ve
ritas dicit. Caelum & terra
transibunt verba autem mea
non transibunt. Hinc ad iohannem
evangelica voce perhibetur. Erit
caelum novum & terra nova. Quae
quidem non alia condenda sunt
sed haec ipsa renovantur.
Caelum & terra & transit & erit.
quia & ab ea quam nunc habet
specie per ignem tergitur
& tamen in sua semper natura ser
vatur. Unde per psalmistam dicitur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0040